

in mortali peccato, à quo ex se exire non valeat, & in quo cogatur mori, nisi ab alio abducatur, teneatur se alius illum iurare, & à peccato abducere pro peccato charitatis etiam cum sui ipsius corporis detrimento. Audiatur celebrior Theologus de hac obligatione differentes.

Eminentiss. Cardinalis de Lauræa solitus à severioribus opinionibus abstinere, sed semper veram tradere doctrinam, in 3. Sent. d. tom. 4. De Præcepto Charitatis in Deum, & proximum. disp. 11. art. 3. n. 170. ita scribit: Dico 1. Negari non potest, quod detur obligatio ex charitate exponendi propriam vitam pro spirituali vita, seu necessitate proximi. Et ad hoc probandum adductis verbis S. Joannis Apostoli Epist. 1. cap. 3. vers. 16. Quoniam ille (idest Christus) animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere: & auctoritate S. Augustini, ac Lyrani, num. 176. subdit: Probatur 2. si non adesse obligatio, sequitur Joannis dictum importare solum consilium. Sed hoc est falsum. Ergo. Minor probatur: primo, quia ait, Debemus, quod obligationem importat; itaque præceptum. Secundo quia nullus Sacre Scripture interpret explicat hunc locum pro consilio, sed omnes pro præcepto. Alioquin eladeretur divinum præceptum de diligendo proximo sicut seipsum. Quilibet enim pro salute sua spirituali tenetur vitam exponere, Ergo idem tenetur facere pro proximo; alioquin non diligeret ut seipsum; sed postponeret vitæ sue corporalis spiritualium proximi, quod pro semetipso facere non potest. En itaque quo sensu hic Eminentissimus Theologus intelligit verba Evangelii præcipientia unicuique fideliter diligere proximum sicut seipsum; & ponere animam pro fratre in necessitate extrema spirituali constituto, sicut Christus posuit animam suam pro nobis. Afferre, quod talis præcepti implementum consistat tantummodo in non inducendo proximum ad peccatum; non autem in eo abducendo, quando ex se non potest exire à peccato, est destruere Evangelium. Sed audiamus in signe Collegium Salmanticense, quomodo interpretetur idem præceptum: nam in Cursu Theolog. tom. 8. tract. 19. de Charitate disp. 3. ubi sub num. 28. agens de obligatione prædicti præcepti ita loquitur:

Dicendum est, quod si proximus existit in extrema necessitate spirituali, tenetur quilibet sub peccato mortali ei subvenire etiam cum dispendio propriæ vitæ. Ita communiter Doctores in presenti; & merito, quia ut nuper vidimus, vita spiritualis proximi antepositur secundum ordinem charitatis vitæ corporali naturæ. Sed ordo charitatis est in præcepto, ut docet D. Thomas infra 2. 2. q. 44. art. 8. Ergo non potest non obligare in isto casu, qui est omnium urgentissimus. Tum etiam quia, ut dicitur Joan. 3. Sicut Christus Dominus posuit animam suam pro nobis, ita & nos debemus pro fratribus animam ponere: Quod ad minus intelligendum est de fratribus constitutis in extrema necessitate spirituali; ab hac enim eripuit nos Christus Dominus proprio cruore. Sicut igitur hoc præceptum in actuali exhibitione propriæ vitæ corporalis, ut vita spiritualis proximi extreme indigentis à damnatione æterna eripiat, illum, cum possimus, abducendo à peccato.

Audiamus etiam P. Nicolaum Baldelli eximium Societatis Jesu Theologum, qui tom. 2. Theol. Mor. lib. 2. disp. 19. num. 8. differit ita: Dixi verò non solum esse licitum, sed etiam esse debitum in aliquibus casibus, ut quis patiatur sacrificium bonorum temporalium, aut corporali, ne proximus eam patiatur in bonis spiritualibus; quia si proximus sit in extrema necessitate spirituali, est pro illo etiam vita exponenda periculo, ut patet ex S. Thoma 2. 2. q. 26. art. 5. ad 3. ubi assertit de necessitate charitatis non esse, ut qui exponat proprium corpus pro salute proximi, nisi in casu, quo tenetur providere alius salutem, idest in casu necessitatis extreme, quantum est ex necessitate proximi; vel in casu, quo quis specialiter tenetur ex officio (intelligit de Episcopis, & Parochis) & 2. 2. q. 44. art. 8. ad 2. ubi assertit etiam ordinem charitatis cadere sub præcepto; & idem unumquemque teneri diligere magis proximum, quam proprium corpus, & pro illo debere ponere etiam vitam, idest, saltem in casu extreme necessitatis, ut exponunt DD. communiter. Cajetan. ibid. Bannes ibid. concl. 2. Valentia 2. 2. disp. 3. quest. 4. part. 3. concl. 5. §. 4. dico col. 604. Suarez disp. 9. sect. 3. cit. num. 2. & tom. 4. de Penitent. disp. 44. sect. 3. num. 7. Alex. part. 3. q. 189. membr. 3. Navarr. in Manuali cap. 24. num. 9. Hæc omnia P. Baldelli. Ex quibus omnibus manifestum remanet, doctrinam Sancti, & Thomæ Tamburini supradictam esse prosumptu proferendam. Neque subsistunt responsa ejusdem Tamburini ad probationes contrarias adductas à Castropalao.

Non primum, ad illa Verba, Ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Jo. 15. 12. quod dictio Sicut non indicet omnimodam similitudinem; & licet Christus mortuus sit pro nostra spirituali salute, non intellexerit obligare nos ipsos ad moriendum, si opus sit, pro salute spirituali proximorum. Quia imò hæc Vox Sicut de sui natura importat omnimodam similitudinem, & identitatem. cap. Olim. de Verb. Signif. cap. Cùm in Ecclesia. de Præbend. in 6. & stat similitudinariè, & exemplificativè, ut ait Peregrinus celeberrimus Jurisconsultus Patavinus lib. 2. conf. 32. num. 29. Barbola de Dictionib. usufrequent. Dicit. 366. num. 1. & 2. ubi, quod idem importat Sicut, ac si diceretur Eo modo. Unde fit, quod cum Christus Dominus dixerit Apostolis, & in Apostolis toti Ecclesie suæ, ac ceteris fidelium, Hæc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos; & ex motivo dilectionis ipse non recusatit subire mortem Crucis, ut nos liberaret à morte peccati, ita vellet, nos non reculare periculum mortis corporalis, si veniat casus adjuvandi proximum, ne pereat morte spirituali, à qua nisi ope nostro possit liberari, & hoc ad exemplum nostri Redemptoris. Neque obstat, quod si sicut in Sacra Scriptura non sit intelligendum secundum omnem æquiparantiam, nam dicente Christo Matth. 5. 48. Estote perfecti, sicut Pater vester cælestis perfectus est, quis poterit esse æqualis in perfectione cum Deo? Nam responderetur, non requirere Deum à nobis æqualitatem perfectionis, sed similitudinem, idest imitationem ejus infinitæ perfectionis, sanctitatis, ac beneficentiae erga homines; & quamvis Christus potuisset eos redimere à morte spirituali absque ejus morte corporali; nihilominus eam subit ob nimiam charitatem suam erga nos; ut ad similitudinem, ac exemplum ipsius parati simus ex præcepto charitatis perdere proprium corpus, si opus sit, pro proximi nostri spirituali salute, & in hoc sensu Expōsitores Sacre Scripture in d. cap. 5. Matth. Vers. 48. inter quos Cornelius à Lapide, & Tirinus, notant, si sicut non denotare æqualitatem perfectionis humanæ cum Divina, sed similitudinem, idest imitationem, quo magis possumus, eminus practicandam.

Non subsistit secundum responsam Tamburini, quod illa verba 1. Joan. 3. 16. Et nos debemus pro fratribus animas ponere, sint de consilio, non autem de præcepto; quia ut doctè scripsit Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. disp. 11. de Charitate num. 176. hoc est falsum; nullaque ex expōsitōribus ausus fuit id asserere; sed omnes tam Scripturistæ, quam Scholasticæ, & Morales centent verba illa S. Joannis innuere præceptum in casu extreme necessitatis spirituali proximi, ut supra probatum, & declaratum est. Apud Canonistas autem, & Jurisperitos est luce meridiana clarior, quod verbum Debet importat præceptum, & parendi necessitatem, Barbola, qui

qui innumeris text. congerit, ac Doctores Dicit. 77. à num. 1. & sup. novissimè Fagnanus in c. Qualiter num. 37. De Clericis non resident. Sed quia P. Tamburinus in hac negatione præcepti non insistit, sed approbat erroneam illam Sancti interpretacionem, quod sit quidem præceptum ponendi pro fratribus animam, sed dumtaxat, ne proximus ad peccatum inducatur, non autem ut à peccato abducatur; est quid novum, & inaudium in Scholis, & apud SS. Patres, qui omnes semper professi sunt, quod hoc præceptum urgeat, ut proximus, qui ex se exire non potest à peccato, à peccato abducatur etiam cum periculo mortis abducens. Hinc S. Cyrillus explicans verba Christi Joan. 13. 34. Uti diligatis invicem, sicut dilexi vos, ait: Ut sicut ego pro vita vestra spirituali dedi vitam meam corporalem; sic & vos pro salute animarum impendatis vitam corporis; ut refert Cornel. à Lapide in d. cap. 13. Vers. 34. allegans ibidem aliorum SS. Patrum consimilem expōitionem.

Tertium tandem responsum P. Tamburini est omnino frivolum, quod scilicet, si præceptum charitatis obligare cum periculo vitæ pro procuranda proximi, extreme indigentis, salute spirituali, esse minus obligati vitam perdere etiam pro quocumque gradu gratiæ sanctificantis procurando nostris proximi, tamquam gratiori Deo, uti bono spirituali. Nam hæc est sophistica digressio à casu, in quo præceptum obligat ad dandam vitam corporalem pro vita spirituali, videlicet, quando proximus est in extrema spirituali necessitate; neque de per se potest adjuvari, neque est alius modus illud adjuvandi, nisi cum periculo nostræ vitæ corporalis. Acquisitio secundæ, vel ulterioris gradus gratiæ non est necessitas extrema, in qua proximus sit perditurus vitam spiritualem, & potest de per se, Deo adjuvante, proficere, & illos secundæ gratiæ gradus acquirere. Præceptum verò, de quo loquimur, concernit acquisitionem primæ gratiæ, quam proximus adipisci non potest, nisi ei alius proximus auxilietur cum periculo vitæ; ut quando agitur de baptizando parvulo moriente; vel de audienda confessione moribundi actum contritionis elicere necessitatis, vel si confiteri non possit peccata sua, & probabiliter creditur attritus, per exhibitionem Sacri Viatici, aut Extreme Unctionis valeat fieri contritus. Ideo seclit ventris materni non cadit sub præcepto, quia factus potest salvari, & baptizari, si statim mortua matre, ejus venter fecerit, ut de Julio Cæsare referunt historici, & de S. Raimundo Nonnato testatur Breviarium Romanum die 31. Augusti. Et ego dixi de Baptismo. Decif. XLI.

Concludendum est igitur Præceptum charitatis erga proximum obligare non solum Parochos, sed etiam simplicem Sacerdotem sub mortali ad dandam extremam Unctionem cum propriæ vitæ periculo, si detur casus, in quo infirmus existens in peccato mortali nefasit elicere actum contritionis, sed solius attritionis, ac confiteri non possit Sacramentaliter peccata sua, vel ob desperatam loquelam, vel ob lapsum in phrenesim; quia in tali casu censetur esse in extrema necessitate salutis spiritualis, cui postponenda est vita corporalis, tum Parochi, si adfit, (tam ex charitate, quam ex iustitia,) tum cuiuscumque alterius Sacerdotis, qui dicit, Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos; ut & vos diligatis invicem, sicut dilexi vos; ut & vos diligatis invicem. Jo. 13. 34. quod mandatum explicans idem Apostolus 1. Jo. 3. 16. dixit: In hoc ergo cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit; & nos debemus pro fratribus animas ponere; scilicet illos abducendo à peccato; quod plenè ego demonstravi etiam in Decisionibus de Venerabili Eucharistiæ Sacramento Decif. 61. num. 29. ubi pluribus DD. al-

De Sacramentis in genere.

legatis probavi, quod in defectu Parochorum simplices Sacerdotes sunt obligati ex præcepto charitatis administrare Sacramenta peste infectis, & potissimum hanc obligationem existeri in Sacerdotibus Regularibus Mendicantibus, qui à Civitate aluntur elemosynis, ut latius d. Decif. 61. n. 31. Corollarit loco addere licet ea, quæ scribit Zacchias in Q. Medicolegal. tom. 2. lib. 1. consil. 71. num. 3. videlicet, quod Medicus tenetur mederi infirmo in periculo existenti, aliàs mortaliter peccat, ut docet Ripa in tract. de Peste num. 88. maxime ubi alius Medicus non sit, cuius opera infirmis subveniri possit; quod etiam notavit Joannes Baptista Silvaticus in suo Medic. cap. penult. & poterit ab Episcopo obligari, & compelli sub censuris ad medendum, quando infirmus in manifesto vitæ periculo positi. Ripa d. num. 88. & in tali periculo esse dicuntur omnes peste infecti. Barbola de Episc. alleg. 25. num. 52. adeo ut tempore pestis unus Medicus etiam non sit à publico conductus, aliis Medicis non existentibus, cogi potest ad medendum, ut firmat Zacchias d. consil. 71. n. 26. quæ si vera sunt, prout verissima circa periculum salutis corporalis, quanto magis verificari debent circa Medicos animarum, quando in periculo salutis spiritualis sunt constitutæ?

DECISIO LXXIII. ARGUMENTUM.

Duo sunt cardines, super quibus voluit hæc Decisio: Causæ scilicet, ex quibus oritur Pests; & remedia ad ipsam vel evitandam, vel fugandam: Causæ aliæ sunt naturales, aliæ supernaturales. Illæ, corruptio aeris, & contactus rerum peste infectarum. Hæc, hominum flagitia. Aer corrumpitur novem fecundariis causis hic relatis. Contactus inficit irreparabiliter, ut ex adductis exemplis. Pestilentiam mitti à Deo ob peccata hominum probatur Scriptura Sacra, & Historiis. Remedia vel sunt humana tum ad medendum, tum ad præservandum à Peste, quorum plura notantur, præcipue in administrandis Sacramentis peste infectis; vel sunt remedia cælestia, nempe intercessio Deiparæ, S. Sebastiani, S. Rochi, & aliorum Sanctorum, de quibus eruditiones variaz, & jucundæ. Historia Templi Sanctæ Mariæ Salutis Venetiarum, & translationis Imaginis Deiparæ in Ecclesiam P. Carmelitarum Civitatis Paduæ.

SUMMARIUM.

- 1 Aeris corruptio, & contactus rerum peste infectarum sunt causa pestis.
2 Pestilentia an à sola aeris corruptione procedat?
3 Variolæ, & morbilli contrahuntur à pueris ab aere corrupto.
4 Halitus pestiferati inficit alios peste.
5 Aer corrumpitur, & fit pestifer ob novem causas hic relatas.
6 Arbores vicini noctivæ vicine de jure incendunt.
7 Serici artifices expelli possunt à vicinis ob malum odorem.
8 Cadavera insepulta tam boninum, quam brutorum causant Pestem.
9 Contactus rerum peste infectarum est causa pestis.
10 Annulis illitis venenato liquore Mediolani, ac Venetiis introducta pestis.
11 Mercium peste infectarum contactu pestis diffunditur.
12 Morbus gallicus, Phthisis, & lepra contrahuntur ex contactu.
13 Hercules peste infectus à veste pestiferata.

vanitatis, ac superbie Regis David, qui numerare fecerat populum sibi subditum, immisit Dominus pestilentiam in Israel de mane, usque ad tempus constitutum; id est usque ad tempus immolandi iuge sacrificium, hoc est ad horam prandii; adeo ut pestis grassata sit per sex tantum horas; & nihilominus per hoc breve temporis spatium, mortui sunt ex populo, à Dan usque ad Bersabee, septuaginta millia virorum. Sed quia David penitēbat peccati sui, dixitque ad Dominum, cum vidisset Angelum cœdem populum, Ego sum, qui peccavi, ego inique ego, miserum est Dominus super afflictione, & ait Angelo percipienti populum; Sufficit nunc contine manum tuam. Angelus autem se ostendit David vultu rrucci, & igneo, cum stricto gladio, quasi minans adhuc populum ferire, ut ajunt Abulenſis, Salianus, & alii. Ex his itaque exemplis constat, Pestem à Deo immitti in vindictam culpam, quæ ab hominibus absque rubore contra eam legem committuntur. Hanc causam agnoverunt etiam Gentiles, ut scribit S. Augustinus lib. 3. de Civit. Dei cap. 17. quapropter Anno mundi 3778. & ante Redemptoris adventum Anno 275. cum Sextilia Virgo Vestalis commisset incestum, Romæ grassata est pestis, abortuque feminarum. Ad quem annum hæc subjungit Salianus in fine: Obſerva, pie Lector, quantum flagitium Romani existimarent violatam corporum Deo consecratorum pudicitiam, quando Vestalis unus culpam tot publicis malis credere vindicatum.

In Historiis autem facile est studiosis reperire hoc Dei flagellum, quo ab ejus ira homines impii vapulant. Recensere hic liceat lucem magnam, ac universalem quæ totam Africam, ac Italiam vexavit Anno Christi 170. & præcipue Romanum Imperium, in ultionem, ut ait ibidem Salianus, sanguinis christiani, quem crudelissimi Imperatores ubique effundebant. Conſimilem punitionem fecit Deus ceclerum Gentilium Anno 255. quo cepta est immanis illa pestilentia, quæ universum ferè depaſta est orbem, & vix post decennium quievit, ut narrant Scriptores tam Eihnici, quam Catholici, quos cumulat Emin. Card. Baronius ad dictum annum, qui subinde Anno Christi 484. prosequitur narrare incredibilem famem, secutamque sævissimam pestem, quæ in ultionem offensæ Divinitatis, in Wandalica Catholicoꝝ persecutione, sub Hunerico crudelissimo Tyranno, Arij Sæctatore, totam Africam una depopulatione vastavit. Subsequitur gravissima alia Divina punio ob scelera mortalium in illa pestilentia, quæ immisa est à Deo per Angelos malos tempore Justiniani Imperatoris, & totum orbem invaſit, ac afflixit quinquaginta duos annos, ut fusè describit Historici, & Annalium Auctores ad annum Christi 544. cui subſecuta est Romæ immanis illa pestis ceclitus immisa ex ira divina, Inguinaria nuocupata, de qua Card. Baronius, & Spondanus ad annum Christi 590.; in qua quidem visibiliter conspiciantur sagitte de celo immisse, quæ homines vulnerabant ad mortem; ut testificatus est etiam S. Gregorius Papa Dialog. lib. 4. cap. 36. his verbis: In hac pestilentia, quæ hanc Urbem clade vehementissima depopulavit, in qua etiam corporali visu sagitte ceclitus venire, & singulos quoque ferire videbantur. Cessavit autem post assumptionem ad apicem Pontificatus ipsius Divi Gregorii Magni, qui instituit Litanias, & publicas Processiones ad Basilicam Sancti Petri; in quibus cum ipse quoque Summus Pontifex incederet, gestans imaginem Deiparæ à S. Luca depictam, vidit Angelum in summitate molis Hadriani, Tiberi adjacentis, reponere suum gladium in vaginam, in reconciliati Numinis signum, ut ex eodem Card. Baronio d. Anno 590. tranſcribit Corn. à Lapide d. lib. 2. Reg. cap. 26. Vers. 13. ubi prosequitur referre plurimas alias pestilentias obſeculera, & iniquitates humanas à Cælo immisas; est

enim extra omnem controversiam, quod licet causa naturalis pestis sit aeris corruptio, & contactus rerum infectarum; supernaturalis tamen tanti flagelli causa sunt hominum flagitia. Hæc de primo puncto, id est de causis Pestilentie.

Quo ad Secundum, nempe de Pestilentie remediis, hæc pariter sunt in duplici differentia remediis naturalibus non pauca dixi in meis Decifionibus De Venerab. Euchar. Sacram. Decif. 61. an. 35. seqq. ad quem locum remitto Lectorem; sed præter remedia ibi relata hæc, quæ sequuntur, non pigreat edificare, & observare.

Primum est vel fugere ab aere corrupto, vel illum igne sollicitè purificare, ac restitcare. De fuga ita ait Zacchias d. tom. 1. lib. 3. tit. 3. q. 4. n. 24. 5. A peste igitur uniusquisque se immunem servabit, si ab aere pestilentis longè auſugiat; trium enim est quod scilicet, citò ac longè fuge, & tardè redi; ut omnes Medici concludunt; quos hic allegat, nec non Ripam de peste part. penult. num. 53. Quod si fuga sit impossibilis, subdit idem Zacchias ibid. num. 8. Focus assiduò, & perenni luceat igne, cuius tanta vis in peste, ut Hippocrates, quemadmodum notissimum est, hoc uno remedio pestem aliquando Athenis abegerit; & Acron eodem auxilio Argentinum ab eadem calamitate liberaverit. Quod repetit idem Auctor in tom. 2. lib. 9. tit. 6. quæst. Unica num. 9. sic scribens: Scimus enim tempore pestilentis non alio ingenio aerem restitcare, quam accensis per loca, & urbes ignibus; eoque ingenio Hippocratem pestem ex Ethiopia in Græciam se conferentem repulſisse narrat Galeenus lib. de Theriaca ad Pisonem c. 16. Quod etiam Acronem Argentinum præfuisse refert Aetius serm. 5. cap. 54.

Secundum remedium est usus bonorum odorum, quibus cerebrum per olfactum confortatur; unde subdit Zacchias præd. tom. 1. lib. 3. tit. 3. quæst. 4. num. 8. in ignem, si fieri possit, odoramenta nonnulla injiciantur iuxta temporis qualitatem. Et paulò post: Assate floribus odoriferis, aquis item odoriferis destillatis, & aceto rariſſimo pavimenta irrorentur, dummodò flores corruptionem generare non valeant, cum putrefcunt. De hoc remedio differit etiam P. Menochius in Soretis part. 3. centur. 6. cap. 54. ubi cum ostendisset abundantiam unguentorum odoriferorum, quibus utebantur antiqui, subdit: Obſe alcuno dimanda per qual ragione, ed a che fine fosse introdoto tanto, e così esquisito uso de gl' unguenti, rispondo, che per sanita, e per delizia. Delle delizie non si può dubitare; e quanto alla sanita dicono li Medici, e l'esperienza l'insegna, che l'odore souve, e le ontioni, e lavande odorate, confortano il cuore, ed il cervello, fortificano le membra, e preservano da molti contagiosi. Hinc Jurconſulti docent, artifices exercentes malos odores posse à vicinis quocumque tempore expelli, ut supra notavimus num. 7. ex Cæpola De servit. Urban. Presid. cap. 48. num. 6.

Tertium remedium est, non permittere canes, aut feles, aliave domestica animalia ex vicinis aedibus in proprias commearre, neque propria in vicinas transire; ut advertit prelaudatus Zacchias d. tom. 1. lib. 3. tit. 3. q. 4. sub num. 8. subdens quod etiam conventus, & hominum frequentia, ac cretus sunt fugiendi, & quod indifferenter, aut temere uniusquisque in domum, aut colloquium non admittatur.

Quartum remedium consistit in qualitate, & quantitate laudabili cibi, & potus. Cibi esse debent optimi nutrimenti, & concocti faciles, idè qui facile corruptuntur, qui gravi succi sunt, vel difficilis concoctionis sunt omnino fugiendi; est enim concors Medicorum, ac Jurconſultorum sententia, quod qui cibis malis utuntur, facilis peste inficiantur, ut ait Zacchias d. q. 4. num. 9. & 10. & ibi Ripa part. 1. num. 16. & part. 3. num. 9. ubi illud notabile, quod scribit Untzer lib. 1. Antidot. pestil. part. 2. dist. 3. Medic. 5. num. 2. Lampretas nimirum tempore pestis frequenter comestus, innata vi contra tam diram luem maximè efficace haberi; & quod notavit Aresius lib. 5. Impres. 146. num. 1. ex Pierio Valer. lib. 22. pullos columbarum esse cibum optimum ad præservandos à peste.

Vinum autem ad potandum debet esse odoris jucundi, & mediocri potentie ex eodem Zacchia d. qu. 4. num. 11. qui num. 12. exclamat, Aquavitæ tempore pestilentis omnino noxiam esse, ex manifesta ratione, cum hepar, & sanguinem incendat, ac humores acuat, & exurat. Quo verò ad quantitatem tum cibi, tum potus mediocritas est servanda: testantur etenim Medici, longum jejunium, aut præter morem toleratum summo per obesse; prout è contra comedentes, quæ bibentes cum excessu cruditates generare, ac obire, quamvis Savonarola de febris. cap. 9. xubr. 1. asserat observasse in tribus, aut quatuor pestilentibus, quod pauci bibuli mortui fuerint.

Quintum remedium respicit moderationem servandam in somno; nam nimis officit, sed & superflua vigilia obest. Corpus quoridie ab excrementis concors liberandum; quod si spontè non operetur, leviore aliquo leniente, aut potius ipsi cibariis alvum mollientibus lit procurandum; fortia enim, & frequentius usurpata medicamenta sunt abdicanda ex eodem Zacchia d. lib. 3. tit. 3. q. 4. num. 14. qui addit num. 15. coitum ab universis Medicis, tempore pestis, mirum in modum vituperari, prout à Ripa d. part. ult. pratic. 1. num. 9. & à Prævidell. part. ult. part. 15. num. 4. Siquidem præcipuum omnes non modo in parte, sed in totum esse à Venere abstinendum; imò addunt, meretrices eo tempore esse à civitate accendas, non solum ex timore contagionis, sed quia incitamentum sunt ad modum homines debent abstinere. In aliis quoque civilibus operibus, ac exercitiis mediocritas laudatur, excessus reprehenditur; in illis præcipue, quæ sanguinem magnopere calefaciunt, & acunt; ea ratione, quia poros rarefaciunt, & majorem respirandi necessitatem dant, in causa sunt, ut multo plus circumambientis aeris in corpus subeat, quam oporteat; in pestilentis autem constitutione maximè confert, quod minus fieri potest, respirationis necessitatem augere; nam quod minus inspiratur aer corruptus, tantò minus nocet ex Hippocrate de Natur. humana.

Sextum remedium est, animi passionem moderari; idè metus, & tristitia sunt præ omnibus abdicanda; nam meticulosi præ omnibus pestem facile incurunt. Ripa d. part. 1. num. 15. & Zacchias d. lib. 3. tit. 3. q. 4. num. 18. & 19. prudenter fugerens, non esse de morte timendum, nisi in ordine de animæ salute, & in Deo sperandum, ut profitebatur Job 13. 21. dum aiebat: Entiaſſociaverit me, in ipſo sperabo. Addeis tandem ex Plutarcho in lib. de Musica esse hilariter vivendum cum paucis, sed honestis amicis; & ex Untzer in Antidot. pest. lib. 1. part. 2. dist. 3. med. 5. num. 6. mundum corporis cultum esse servandum, & vestes sæpius immutandas. His, & antecedentibus remediis adſtipulatur Cornelius à Lapide in Commentar. Exodi cap. 9. Vers. 3. ex Marſilio Ficino Epidemiar. Antidot. cap. 3. & segg. ita loquens, & remedia assignans, videlicet: Fugam aeris infecti, recreationem, & lectitium, cibum solidum, potumque roburatum, & lectitium, cætere à cibis, qui facile corruptuntur, & pureſcunt; purgare sæpius humores pureſcentes per altem, myrrham, & crocum, & ut theriaca, Zedoaria, & citro, suffumigare juniperum, serodanthium,

ibus; vestes crebro mutare, & mundas induere; os, & manus sæpiè abluerè aceto, & aliquando vino potente. Hæc huicque dicta remedia sunt præservativa ad tuendam sanitatem tempore pestis; sed nunc aliqua assignari possunt, quæ facilia sint ad sanandum recuperandam pro peste infectis, & quando castibunculi, seu bubones surgunt in membris. Duo hic recensenda duxi, relata ab Aresio Episcopo Tortonen. libr. 6. Impres. 190. num. 62. ubi loquens de remediis sanandi pestiferos carbunculos, & bubones ita scribit: Io ne addurro solamente due, per essere facilissimi. Il Primo è di frumento masticato a ſomaco digiuno da buono sano, e posto frequentemente sopra del carbone, rimedio lodatissimo dal Moſſarrai. 3. cap. 8. Il ſecondo di noce vecchia, pur masticata, delle quali dice Dioſcorido, Veteres nucem masticatam, & applicatam sanant citiſſime gangrenam, carbunculos, & fistulas lacrymalis. E l'Augenio cap. 10. libr. 8. de febris; ne forma un empiſtiro, ebsomamente loda in questa maniera: R. Nucleos tres nucis juglandis veteris, ac rancide, Ficum pinguium, Uvarum passularum expurgatarum, singulorum equaliter portiones; coquantur simul in vino albo, & generoso, quale est creticum, aut moscatum, donec cataplasmaticis (hoc est d'empiaſtiro) crassitum acquirant; atque in fine decoctionis addito salis minusſſime contriti ʒ. 11. & cum refrigeratum fuerit, vitellos duos ovorum. Huicque Episcopus Aresius, qui etiam commendat ex Medicorum dictis, remedia vim suadorem promovendi, & expellendi habentia; & se diffundit in examinanda famigerata illa Quaestione, an tempore pestis, pestiferatis expedit fecare venam, & sanguinem minuere? circa quam varias refert Medicorum opiniones, regulas, ac limitationes in d. libr. 6. Impres. 190. cap. 4. & 5. n. num. 52. & segg. à curiosis videndas; circa quas ipse Episcopus Tortonen. amplectitur negativam, ostendens pluribus pestis, aut pestilentialibus febris infectis, statim ac sanguis diminutus fuit à Medicis; aperta vena, mortem oppetere contigit.

Porro antequam ad remedia supernaturalia tranſeamus, ne videamur oblitii Parochorum, aliorumve simplicium Sacerdotum, quos oporteret Oleo Sacro pestiferatos inungere, dicamus hic summam, quibus remediis ipsi uti debeant, ne morbo lethali, ac contagioſo afficiantur. Igitur Primo cuncti Sacerdos administraturus Extremam Unctionem peste infectis habere vestes breves, & ita eas ad se collectas, ut quàm maximè potest, non tangerent infirmum, neque ejus lectum. Secundo, si possibile sit, faciat ponere infirmum in loco puro, & libero. Tertio, non se statuat inter ignem, & infirmum. Quarto muniat se præservativis judicio Medicorum, & præcipue odoramentis, quæ cor, & cerebrum confortant, de quibus actum est supra. Quinto non virgat sensus infirmi pestiferati proprio digito, sed virga oblonga, lignea, vel argentea, appositum in extremitate illius bombyce bene alligato, Oleo Sancto intindito. quem bombycem, ac virgam ligneam igne postea comburet, argenteam verò bene purgabit ob reverentiam Sacramenti, ut docent Chapevilla, Sylvius, Victorellus, Marchinus, Præpositus, Mancinus, Barboſa, quos citat, & sequitur Diana antiquos part. 3. trad. 4. ref. 166. & part. 5. trad. 3. refol. 79. quæ nunc existunt in Diana Coordinato tom. 2. trad. 4. refol. 34. & refol. 35. Quibus consentiunt Gobatus trad. 8. Theol. experim. nu. 902. & 903. Magrius in Hierolexic. Verb. Oleum Sanctum. ac Biffus in Hierurg. Sacra Verb. Minister Sacramentorum. num. 171. s. 34. idcirco quæ videtur à me dicta in contrarium de Ven. Euchar. Sacram. Decif. 61. num. 28. sunt intelligenda de Sacro Victimæ porrigendo super pagina, vel cum cochleari, non autem de unguendo infirmo peste infecto, Oleo Sacro, cum virgula oblonga, ut dixi etiam supra Decif. VII.

ficantur, ut ait Zacchias d. q. 4. num. 9. & 10. & ibi Ripa part. 1. num. 16. & part. 3. num. 9. ubi illud notabile, quod scribit Untzer lib. 1. Antidot. pestil. part. 2. dist. 3. Medic. 5. num. 2. Lampretas nimirum tempore pestis frequenter comestus, innata vi contra tam diram luem maximè efficace haberi; & quod notavit Aresius lib. 5. Impres. 146. num. 1. ex Pierio Valer. lib. 22. pullos columbarum esse cibum optimum ad præservandos à peste.

Vinum autem ad potandum debet esse odoris jucundi, & mediocri potentie ex eodem Zacchia d. qu. 4. num. 11. qui num. 12. exclamat, Aquavitæ tempore pestilentis omnino noxiam esse, ex manifesta ratione, cum hepar, & sanguinem incendat, ac humores acuat, & exurat. Quo verò ad quantitatem tum cibi, tum potus mediocritas est servanda: testantur etenim Medici, longum jejunium, aut præter morem toleratum summo per obesse; prout è contra comedentes, quæ bibentes cum excessu cruditates generare, ac obire, quamvis Savonarola de febris. cap. 9. xubr. 1. asserat observasse in tribus, aut quatuor pestilentibus, quod pauci bibuli mortui fuerint.

Quintum remedium respicit moderationem servandam in somno; nam nimis officit, sed & superflua vigilia obest. Corpus quoridie ab excrementis concors liberandum; quod si spontè non operetur, leviore aliquo leniente, aut potius ipsi cibariis alvum mollientibus lit procurandum; fortia enim, & frequentius usurpata medicamenta sunt abdicanda ex eodem Zacchia d. lib. 3. tit. 3. q. 4. num. 14. qui addit num. 15. coitum ab universis Medicis, tempore pestis, mirum in modum vituperari, prout à Ripa d. part. ult. pratic. 1. num. 9. & à Prævidell. part. ult. part. 15. num. 4. Siquidem præcipuum omnes non modo in parte, sed in totum esse à Venere abstinendum; imò addunt, meretrices eo tempore esse à civitate accendas, non solum ex timore contagionis, sed quia incitamentum sunt ad modum homines debent abstinere. In aliis quoque civilibus operibus, ac exercitiis mediocritas laudatur, excessus reprehenditur; in illis præcipue, quæ sanguinem magnopere calefaciunt, & acunt; ea ratione, quia poros rarefaciunt, & majorem respirandi necessitatem dant, in causa sunt, ut multo plus circumambientis aeris in corpus subeat, quam oporteat; in pestilentis autem constitutione maximè confert, quod minus fieri potest, respirationis necessitatem augere; nam quod minus inspiratur aer corruptus, tantò minus nocet ex Hippocrate de Natur. humana.

Sextum remedium est, animi passionem moderari; idè metus, & tristitia sunt præ omnibus abdicanda; nam meticulosi præ omnibus pestem facile incurunt. Ripa d. part. 1. num. 15. & Zacchias d. lib. 3. tit. 3. q. 4. num. 18. & 19. prudenter fugerens, non esse de morte timendum, nisi in ordine de animæ salute, & in Deo sperandum, ut profitebatur Job 13. 21. dum aiebat: Entiaſſociaverit me, in ipſo sperabo. Addeis tandem ex Plutarcho in lib. de Musica esse hilariter vivendum cum paucis, sed honestis amicis; & ex Untzer in Antidot. pest. lib. 1. part. 2. dist. 3. med. 5. num. 6. mundum corporis cultum esse servandum, & vestes sæpius immutandas. His, & antecedentibus remediis adſtipulatur Cornelius à Lapide in Commentar. Exodi cap. 9. Vers. 3. ex Marſilio Ficino Epidemiar. Antidot. cap. 3. & segg. ita loquens, & remedia assignans, videlicet: Fugam aeris infecti, recreationem, & lectitium, cibum solidum, potumque roburatum, & lectitium, cætere à cibis, qui facile corruptuntur, & pureſcunt; purgare sæpius humores pureſcentes per altem, myrrham, & crocum, & ut theriaca, Zedoaria, & citro, suffumigare juniperum, serodanthium,

41 *cap. VII. num. 14. Sexto*, ad hoc Sacramentum Extremæ Unctionis ministrandum peste infectis non appropriet Sacerdos jejuno stomacho, & præcipue, ut advertit Gobatus *traff. 4. num. 412.* declinet halitum ipsius infecti. *Septimo*, si aliquo modo tetigerit manu infirmum, vel ejus supellectilia, statim lavet manus aceto, vel eam purget super prunis accensis, vel flamma candelæ; ut dixi *d. Decif. 61. de Euchar. num. 35.* Octavo super omnia ablineat à donariis, nec recipiat rem quamcumque ab infirmo infecto, vel ab ejus domesticis, aut assistentibus, siquidem contagionem è contactu incurret, ut ostendit *d. Decif. 61. de Euchar. num. 36. & 37.* exemplo famuli R. P. Joannis Mariæ Montisrubei, exemplarissimi Sacerdotis Congregationis Oratorii hujus civitatis Paduæ in peste *Anni 1631.* Consimiliter eventus tragicos ex avaritia provenientes narrat Bagatta in *Admirand. tom. 2. lib. 2. cap. 1. in Append. post §. 9. num. 24.* ubi scribit Confratres Sodalitii S. Eligii in Bethuniæ oppido Belgarum, sepelientis defunctorum infectorum cadaveribus dedicatos ab omni contagione pestis præservari meritis ejusdem Sancti: at si quæ diripiunt è domo infecta, avaritiam studiosiores, quam officii, & charitatis, lethalem suam contrahere. Hæc sunt remedia naturalia, quibus si Curati animarum, alivæ Sacerdotes seipsos juverint, tempore pestis (quam Deus dignetur avertere) periculum contagionis, ipso Deo adjuvante, evitare facile poterint.

Supernaturalia remedia restant explicanda, à quocumque fidelium adhibenda contagioso in conspectu. Hæc sunt, intercessio humilibus precibus imploranda tum Augustissimæ Virginis, ac Matris Dei MARIE; tum aliorum Sanctorum, præcipue S. Sebastiani, S. Rocchi, ac S. Cajetani. Deiparam, ac Sanctos in celo nosse necessitates orantium ad illos, tam per intuitum essentia Divinæ, in qua tamquam speculo voluntario perfectissimè representantur ipsis omnia, quæ ad quemque spectant, quam per specialem revelationem, nec non per relationem Angelorum ultrò citroque commeanitum; ac etiam per propriam inspectionem, certum est, & de fide, ut dixerunt Theologi, qui agunt de gloria Sanctorum; & compendiosè probat Tirinus in *Indice Controvers. Fidei. controv. 30. num. 9.* Igitur ad Deiparam Virginem, grassante peste, precibus, ac supplicationibus est adendum. Ita factum fuit in peste illa universalis per Orientem, imò per totum Orbem, quæ contigit *Anno Christi 544.* qui fuit XVIII. Justiniani Imperatoris; de qua ita scribit Cornelius à Lapide in *2. libr. Reg. cap. 26. sub Vers. 16.* Remedium fuit imploratum B. Virginis auxilium, quo lues extincta est, unà in memoriam tanti beneficii Greci instituerunt Festum *Παναγίας*, id est, occursum Domini, quod nos Festum Purificationis B. Virginis nuncupamus die 2. Februarii. Concordat Eminentiss. Cardin. Baroni in *Martyrol. eadem die;* & in *Annalibus d. Anno 544. num. 10.* Ad eandem intercessionem gloriosissimæ Virginis Matris Dei refugit S. Gregorius Magnus, grassante morbo, ut memorat in *supracit. libr. 4. Dialog. cap. 36.* Iddem enim idem Cornelius à Lapide *d. libr. 2. Reg. 26. 16.* Simile contigit in peste Romana, quæ Pelagium Pontificem sustulit; ad quam sedamam S. Gregorius publicas litanias ad Basilicam S. Petri instituit, ipseque gestabat imaginem B. MARIE à S. Luca depictam.

Hujusmodi Imperatricis cælestis, fidelem populum ejus opem implorantem, dum pestilentia terretur in Historiis, sed duo tantum me hic referre delectat, liberatè scilicet inclitæ Venetiarum Civitatis, grassante lue *Anno 1376.* nec non hujus Urbis Antenoræ *Anno 1376.* Primum desumo ex auro calamo Joannis Palatii Veneti, olim Juris Pontificii Professoris in hoc Publico Gymnasio Patavi-

no; qui in Fastis Ducalibus ad Nicolaum Contarenum Venetum Ducem *XGVII. d. Anno 1631.* ita scribit: *Lue ad Venetiam perveniente, Urbis ferè concidit tota, abijtque in sepulchrum, ni VIRGOMATER penitenti lachryma, quinquaginta auri pondo, dono 45 receptio descendisset Auxiliatrix. Templum etiam Josephatrici positum, ad miraculum sub titulo SALUTIS SALUTIS: juxta quod suis motibus visceres Membris. Et paulò post idem eruditissimus Auditor prosequens elogium, ditissimo stylo, adinstar Theauri, latius narrat & pestilentia stragem, & beneficium salutis à Deipara obtentum, post Republicæ Venetæ vota, ita dicens: Venetiis solummodò virorum assumpta supra sexaginta millia; in Urbibus Reipublice supra quinquaginta millia hominum. Tanto in discrimine, præsidium sibi in Deo statuens, Templum Princeps vocit DEIPARÆ sub auspiciis SALUTIS, in Basilica D. Marci congregatis Civibus, ubi ex pulpito (in quo ostendit solent populo electi Duces) Princeps ipse vocibus, & lacrymis patientie, Misericordiam sollicitavit supernam, evocata in Patrona Virgine Matre, cui pro donario Lychnum obtulit aureum, qui in *Edæ Laurentiana ardet inextinguibilis. Templum in Urbe, cujus primum Lapidem, post restitutam salutem, die 21. Novembris 1631. Princeps ipse, comite Senatu, posuit, Monumentum pietatis, qua nos visitavit Mater Misericordie. Hucusque Palatius.**

Liberationem hujus Pataviæ Urbis à contagioso morbo, *Anno 1576.* ex Pissimæ Virginis, ac Matris Dei clementia, indicat marmorea Tabula in 46 Templo Carmelitarum muro affixa penes ostium, per quod è Cœnobio aditus est in ipsum Templum, ita contestans: *Veneranda Sanctissima Dei Matris Imago, que in majori Ara hujus Ecclesie conspicitur, olim sub porticu penè Aulam Illustrissimi Præfecti posita erat, votivisque tabellis quamplurimis venerabilis reddebatur. Anno autem Christi MDLXXVI. grassante pestilentia per totum Venetorum Imperium, præcipueque Venetiis, & Pataviæ Sanctissima Virgo advocata nostra pii Viri adm. Rev. Patris S. T. D. Felicii Zuccoloni Patavino Sacri Ordinis Carmelitarum in Provincia Veneta Administrato; atque Illustrissimo Senatori Veneto, ac Præfecto Patavio Aloysio Georgio (qui postea fuit Divi Marci Procurator) per quietem indicavit, eam Imaginem ex loco minùs celebri in hoc augustissimum Templum transferendam, postque ejus translationem, pestem & Pataviæ, & Venetiis esse cessaturam. Quamobrem die XII. Octobris ipsa translata est, statimque capite abre pestilens morbus, ac brevi temporis spatio loca omnia, Imperio Veneto subiecta, ab ea contagione sunt liberata. Sequitur in eadem Tabula narratio Voti hujus Civitatis visendi quotannis in die festo Purificationis hanc immaculatæ Dei Matris Imaginem; & donariorum, quæ eandem Civitas ipsi fecit; quæ referuntur etiam à Portenaro De Felicit. Padua *libr. 9. cap. 29.* Superspicie prudens Lector pietatem, ac sanctitatem tum Superiorum PP. Carmelitarum, tum Senatorum Venetorum Regentium Paduam, dum his, & illis DEIPARA dignata fuit innuere sui ipsius Sacræ Imaginis in Templum hunc translationem; & totius status Veneri à contagiosa labe liberationem. Ex prosapia prælaudati Aloysii Georgii tunc hujus Urbis Præfecti, nunc extat Illustrissimus, ac Excellentissimus Gabriel Georgius Senator Venetus sapientia, ac prudentia, ac probitate conspicuus, Divique Marci Procurator, Nepos ex Sorore Eminentissimi, ac Reverendissimi, Sanctæ memoriæ, Gregorii Cardinalis Barbadii, olim hujus pariter Civitatis piissimi Antifistis, cui ego, et si exiguus, per Annos 30. in officio Auditoris, ac Vicarii Generalis deservivi.*

Post Sanctissimæ Cælorum Reginae protectionem, tempore Pestis pro remedio implorandum est auxilium

48 *lunæ Divi Sebastiani Martyris, de quo narrat Paulus Diaconus libr. 6. cap. 2. de Gehis Longobard.* quod circa *Annum Domini 682.* cum Pestis ad eam depopulata esset Tarentum, ut civibus indè fugientibus, herbe, & fructus enascerentur in plateis, revelatum est quibusdam viris, non priùs pestem abitura, quam S. Sebastiani Altare in Basilica S. Petri construeretur. Quod cum esset executioni demanatum, lues illa quæviit. Hoc idem antecessenti sæculo factum fuisse narrat Eminentiss. Cardin. Baroni *Annus 580.* quando Pestis grassaretur Romæ, ac per alias Italicæ civitates; nam erecto Altare in honorem S. Sebastiani Martyris in Ecclesia S. Petri ad vincula, pestis illa omnino cessavit. In ipso Altare ego celebravi *Anno 1670.* in festo Missæ Sancti, & oblationem, & ejus nomine intra Missam Solemnem, recepi unius auri calicis, ac patentes à Magnificis Decurionibus Almæ Urbis devotissimè impensas. *Anno à Christo nato 1599.* Ulyssippo tota ardebat pestilentia: sed ecce simulacrum Divi Sebastiani Martyris guttis, ac sudore miraculo sic inungunt, statimque incolomes evadunt, nec amplius pestis grassata fuit, ut fusiùs ex probatis Auctoribus narrat Bagatta *de Admirand. Orbis Christi. d. tom. 2. lib. 2. cap. 1. §. 6. num. 19.* nec non *libr. 5. cap. 2. §. 9. num. 24.*

Porro non minùs pia, quam curiosa potest esse alicujus interpellatio, cur Divo Sebastiani Martyri datum sit à Deo fieri sibi devotus à pestilentia, eosque à tam divo flagello Divinæ justitiæ, vel præservare, vel sanare? Respondet Arefius Episcopus Tortonen. *supracitatus libr. 4. Impres. 67. num. 31.* ex Dei beneficentia concedi Sanctis suis, ut cæteris excellent in adjuvando nos ipsos mortales in illis passionibus, seu doloribus, quos ipsi fortiter sustinerunt in hac vita pro confessione fidei, & Dei amore. Hinc excellens est S. Nicolaus adversus maritimas tempestates, S. Antonius Abbas adversus ignem, S. Blasius adversus gutturis morbos, S. Lucia oculos, S. Apollonia dentium, S. Agatha mamillarum, & alii adversus aliorum membrorum afflictiones, quia illasmet, ut dixi, in seipsis fortiter pro Dei gloria passi fuerunt. Modò S. Sebastianus passus est lagittas, quibus impio Diocletiano jubente fuit transfixus. Lues pestifera, ac contagiosa est lagitta Divinæ justitiæ, qua ferit, & transigit peccatores, testante Divo Gregorio *in cit. libr. 4. Dialog. cap. 36.* quod in pestilentia sui temporis visibiliter videbantur lagittæ è celo projectæ, quibus mortales transfixi remanebant lue infecti, & moriebantur. Has igitur lagittas pestilentialis morbi cohibere, & divertere valet S. Sebastianus ob particularem excellentiam, & specialem gratiam sibi à Deo concessam, in præmium illorum vulnerum, quæ sagittis illatis, patienter tulit in suo corpore, cum adhuc viveret inter mortales, juxta illud: *Sancti mei, qui in carne positi, certamen habuistis, mercedem laborum ego reddam vobis.*

Hæc eadem est causa, ob quam etiam S. Rochus Confessor excellat in liberandis à peste fidelibus, qui ad ejus auxilium tamquam ad potens remedium confugiunt. Siquidem hic Sanctus non solum pro Dei amore, dum peregrinaretur Romam verus, servivit peste infectis; sed etiam domum suam reversus, præter alia tormenta fortiter superata, etiam morbum pestilentialem subit, & læto animo sustulit, ut habetur in *Martyrol. Romano die 16. Augusti*, ac pluribus citatis auctoribus de eo scribit Ribadeneira *tom. 2. eodem die 16. Augusti.* & Bagatta *de Admirand. tom. 1. libr. 1. cap. 1. §. 5. num. 71.* prout etiam *tom. 2. libr. 2. cap. 1. §. 6. num. 2.* ubi refert, quod post S. Rochi mortem,

ad ejus latus inventa est tabula his verbis scripta: *Peste laborantes, & ad Rochi patrocinium confugiunt: contagionem illam truncatissimam eujusmodi significo. Quapropter statim ab ejus obitu ubique tetarum altaria ipsi fuerunt erecta, capella, & ædes, ac vota appensa ob recepta à S. Rocho patrocinia tempore Pestis. In hac urbe Patavina constructum 53 fuit Altare in Ecclesia Parochiali S. Lucie: Anno 1468. ab ejus sodalitate, quæ subinde *Anno 1525.* pulcherrimum fabricavit. Ecclesiam ipsius nomini dedicatam, ut legitur apud Scardeonium *libr. 3. class. 13.* & apud Poterianum *libr. 9. cap. 44. pag. 493.* Celebre est votum, quod fideliter adimplent Moniales S. Petri de Padua, nobilitate, religiofitate, ac pietate Venerabiles, quæ annuatim in die festo S. Rochi 16. Augusti lætissimum prandium præstant duodecim pauperibus, ob immunitatem à Peste huic celestissimo Monasterio concessam *Anno 1630.* & 1631. ob intercessionem, & patrocinium ejusdem Sancti Rochi.*

Sunt & alii Divorum plurimi, quibus Deus concedit excellere in tuendis devotis suis à contagio morbo; videlicet ex antiquis S. Christophorus, S. Augustinus, S. Nicolaus de Tolentino, S. Franciscus de Paula; de recentioribus verò S. Franciscus Xavierus, S. Cajetanus, & alii, quorum sollicitam opem in prædicta pestilentia calamitate exemplis demonstrat idem Bagatta in citato laborioso, & erudito suo opere *De Admirandis Orbis Christiani tom. 1. & tom. 2.* quæ facillè à studiosis reperientur in copiosissimis Indicibus operis sub nominibus eorumdem Sanctorum. Ex hæc dicta sint de remediis supernaturalibus tempore Pestis.

D E C I S I O LXXIV.

A R G U M E N T U M.

Quatuor circumstantiæ servandæ à Parocho, dum ministrat Extremæ Unctionis Sacramentum: scilicet, ut ipse fit in gratia, & censuris non irritatus. Sit indutus Cotta, & Stola. Recitet Orationes à Rituali Romano præscriptas ante, & post Unctionem infirmi, cui agonizanti assistere debet, donec expiret. In dando Oleo Sancto non fit nimis properus, nec nimis tardus. Circa prædicta omnia variæ, ac utiles meditationes, doctrinæ, Historiæ, atque Exempla.

S U M M A R I U M.

- 1 Circumstantiæ quatuor attendende à ministrante Extremam Unctionem.
- 2 Ministrans Unctionem Extremam debet esse in gratia.
- 3 Rationes sex ob quas debet esse in gratia.
- 4 Peccatores arcentur à Ministerio rerum Sacrarum.
- 5 Laicus baptizans si sit in peccato mortali, an peccet mortaliter?
- 6 Sacramentalia qui consuevit in peccato an mortaliter peccent?
- 7 Clerici exercentes officia suorum ordinum in peccato, an mortaliter peccent?
- 8 Exempla mortis punitorum exercentium res sacras in peccato.
- 9 Censuris irritati non possunt ministrare Sacramentalia: alii peccant, & sunt irregulares.
- 10 Excommunicatio minor non facit ministrantem irregularem.
- 11 Vestes Sacræ necessariæ pro danda Extrema Unctione.
- 12 Stola sacerdotalis vis, & mysterium, remissio, 13 54.

- 13 Superpellicei clericalis etymologia. Et cur dicatur Cotta.
- 14 Cotte, seu superpellicea clericorum cur fiant de lino albo?
- 15 Cotte lanea in diebus jejuniorum.
- 16 Cotte cum amplitudine, & longitudine que fit ratio?
- 17 Cotte usus antiquissimus, etiam tempore Davidis Regis.
- 18 Laici licite se induunt Cotta, dum cantant in Ecclesia.
- 19 Superpellicium, & Stola adhibenda in dando Oleo Sancto infirmis. Sed an sub pena peccati mortalis? ibid.
- 20 Orationes quae, & quales praemittenda Unctioni Extreme?
- 21 Femine in functionibus sacris non permittuntur infervere.
- 22 Cereus accendendus in danda Extrema Unctione.
- 23 Assistere moribundis debet Parochus ob sex rationes.
- 24 Diabolus an visibiliter appareat omnibus morientibus?
- 25 Monialis Capuccine Paduae agonizantis terror, visio diaboli.
- 26 Diabolus timer aspectum Vestium Sacerdotium.
- 27 Graeci infirmi recipiunt Extremam Unctionem in Ecclesia. Idem antiquitus servabatur a Latinis.
- 28 Mensa, & alia paranda in cubiculo aegroti recepturi Oleum Sanctum.
- 29 B. Liduvina a Christo Domino Extremam Unctionem recepit.
- 30 Parochus nec nimis properus, nec nimis tardus in Oleo Sancto dando.
- 31 Oleum Sanctum dare in infirmitate levi mortale est, & invalidum sit Sacramentum; prout illud dare in initio morbi.
- 32 Calvinii error circa ministrandam Unctionem Extremam.
- 33 Infirmus unctus Oleo Sancto in morbo levi, si fiat periculosus, & mortalis, est iterum ungendus.
- 34 Tarditas Parochi in dando Oleo Sancto causat duo inconvenientia.
- 35 J. Malachie lacrymae ob tarditatem suam in ungenta infirma, quae obierat sine Sacramento Extreme Unctionis.
- 36 Fruus Extremae Unctionis diminuitur, si detur infirmo desitit sensibus.
- 37 Infirmi Oleo Sancto uncti, si sani fiebant, olim Deo dedicabantur.
- 38 Interditi tempore an possit dari Extrema Unctio?

QUae hucusque scripsimus in quinque antecedentibus Decifionibus Ministri personam, Sacramentum Extreme Unctionis dantis, concernunt, tum circa obligationem, tum circa caute- las tempore pestis in ipsa administratione servandas. Caeterum antequam ad subiectum ejusdem Sacramenti transeamus, restant explicandae nonnullae circumstantiae ab eodem Ministro in actu ministrandi praedicti Sacramenti omnino attendendae, de quibus in praesenti oportet agere; & sunt quatuor:

- 1 De dispositione interna ipsius Ministri.
- 2 De dispositione exteriori ejusdem.
- 3 De loco, in quo Sacramentum hoc ministratur.
- 4 De tempore, quo ministrari debet.

Quo ad Primam. Dispositio interna Sacerdotis ministrantis Extremam Unctionem in eo consistit, quod ipse sit in gratia, & non habeat conscientiam

aliquo mortali peccato inquinatam. De hac disposi- tione, & statu gratiae agunt Theologi, tam Schola- stici, quam Morales in tractatu de Sacramento in ge- nerali, ubi ponunt conditiones necessarias in mini- stro Sacramenta conficiente, ac ministrante, ad hoc ut valide, ac licite conficiat, & ministret; & con- cludunt, ad licite conficiendum, ministrandumve Sacramentum requiri statum gratiae in ministro, alius (etsi valide) illicite tamen agit, & peccat mortaliter conficiendo, seu ministrando. Ita Gajeta- nus in 3. part. q. 64. art. 6. §. in responsione ad primum. Eminentiss. Gardin. de Lauræa in 4. Sent. tom. 1. disp. 10. art. 4. Maltrius in Theolog. Moral. disp. 16. num. 42. Diana part. 10. tract. 16. resol. 28. reposita in Coordinato tom. 1. tract. 1. resol. 11. §. 2. Gobatus in Theol. Experim. tract. 1. num. 53. & tract. 8. num. 924. Bonacina tom. 1. disp. 1. q. 3. punct. 2. num. 2. ubi plurimos DD. cumulat. Reginaldus libr. 26. num. 57. & 58. Cotonius libr. 2. controv. 1. nu. 45. Layman libr. 3. tract. 1. cap. 5. nu. 7. Castropalaus part. 4. tract. 26. punct. 8. nu. 7. & 8. Biffus in Hierarg. tom. 2. Verb. Ministr. Sacramentorum. num. 171. §. 35. & alii omnes Collegium Salmanticen. in Cursu Theol. Moralit. tom. 1. de Sa- cramentis in genere tract. 1. cap. 7. punct. 10. à num. 76. & seqq. Probatur hujus dispositionis necessitas rati- one, auctoritate, & exemplis.

Ratio assignatur multiplex ab iisdem DD. Pri- ma: quia Sacerdos ministrans Sacramentum opera- tur sanctitatem, & gratiam habituales in reci- piente, qui propterea fit consors divinae naturae. At gravissima indecentia est, quod Sacerdos in for- didissimo statu peccati existens, & in inimicitia Dei, ministrat Sacramentum, quo Dei vicegerens alios sanctificat, reddit gratos, & filios Dei. Ita Emin. Gardin. de Lugo de Sacram. in genere disp. 8. num. 149. Secunda: Quia ministrare Sacramentum est actio partim divina, partim humana, per quam Deus tanquam per instrumentum ministri producit gratiam sanctificantem. Ergo peccat mortaliter qui cooperatur Deo in actione Divina existens in peccato mortali. Ita Bernal disp. 17. sect. 6. §. 2. circa medium. Tertia: Sacerdotes conficientes, ac ministrantes Sacramenta tenentur conformare se cum principali agente, cujus se exhibent ministros, idest Christo. Sed Christus sanctus est, & ut ait Apo- stolus ad Hebr. 7. 26. innocens, impollutus, seque- gatus à peccatoribus. Ergo etiam Sacerdotes ejus mi- nistri sancti esse debent, impolluti, & absque mor- tali peccato, juxta illud Levit. 19. 2. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et juxta illud Eccl. 10. 2. Secundum Judicem populi, sic & Ministri ejus. Quid si tales non sint, ob gravem injuriam, quam irro- gant Deo, peccat mortaliter. Ita Salmanticenses d. tract. 1. cap. 7. num. 78. Quarta: Maximè offen- ditur Princeps, si servus, quem ipse odio habet, ut inimicum, à quo maxime fuit laesus, audeat ad in- tima Principis servitia se immiscere; ostendit enim magnam Principis contemptum. Vel si servus, manibus luto infectis, audeat in mensa Principis pre- ciosissima vina convivis fundere. Sed talis est Sa- cerdos existens in mortali ministrans Sacramenta; idest Deo odibilis, inimicus, & lutosus manus ha- bens. Ergo audento ministrare peccat mortaliter. Ita Diana Coordinatus d. tom. 1. tract. 1. resol. 10. §. 10. quæ in veteri est part. 6. tract. 6. resol. 53. Quinta: Violare præcepta divina in materia gravi est peccatum mortale. Sed extat Præceptum Divi- num ministrandi Sacramenta cum conscientia pura, & immuni à culpa lethali, juxta illud, quod legi- tur in Psal. 100. 6. Ambulans in via immaculata bic mihi ministrabat. Et illud 2. Thren. 4. Recedite pol- luti, abite, mundum nolite tangere. Prout etiam re- prehensio illa, quæ habetur apud Malach. 1. 7. Of- fertis super Altare meum pollutum. Et nemo est,

est, qui non sentiat remurramentem conscientiam, quoties in peccato tenet sancta tractare, ob natura- le præceptum à Deo institutum in cordibus hominum ministrandi Sacramenta sanctè, & immaculatè. Ergo Sacerdos, qui audet conficere, ac ministrare ipsa- met Sacramenta, existens in mortali culpa, violat præceptum Divinum, ac naturale; & sic iterum peccat mortaliter. Ita Eminentiss. Gard. de Lauræa d. disp. 10. de Sacram. in genere num. 44. & 49. à quo in antecedenti num. 45. additur Sexta ratio his verbis: Probatur alio modo communi sensu totius Eccle- siæ, docentis ministrantem in mortali, mortaliter pec- care; quæ sola auctoritas, est deesse ratio, suffice- re. Quam rationem considerant etiam Salmanticen- ses d. tract. 1. cap. 7. num. 86. ubi eam procedere ajunt ex Apostolica traditione.

Auctoritates autem prædictæ dispositionis inter- næ, scilicet status gratiæ in Sacerdote Sacramenta ministrante necessitate comprobantes, sunt: Pri- ma Levit. 22. 3. ubi Deus minatur mortem filiis ministrandi, dicens: Omnis qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Secunda legitur in Isata 52. 11. Mundamini, qui servis vestra Domini. Ex quibus ita ar- guit Bonacina d. disp. 1. q. 3. punct. 2. num. 2. In administratione Sacramentorum veteris legis requireba- tur sanctitas. Ergo multo magis requiritur in admini- stratione Sacramentorum novæ legis, quæ perfectiora sunt. Tertia habetur in cap. Omnia 1. q. 1. ex ver- bis S. Augustini dicentis: Omnia Sacramenta cum ob- sint indigni ministrantibus, presunt tamen per eos dignè sumentibus. Quarta sumitur ex cap. Necessè. ead. par. 1. q. 1. & colligitur ex S. Gregorio Papa lib. 1. re- gis. Epist. 24. qui scribit: Necessè est, ut esse munda studeat manus, quæ diluere foras curat. Quinta ex cap. Quæsumus est. 10. De Cohabit. clericor. ubi Gregorius Nonus ait, Sacerdotes quemlibet pro mor- tali peccato quoad seipsum esse suspensum; idest indi- gnum, ut conficiat, vel ministrat Sacramenta. Sexta in cap. ult. De Temporib. ordin. ubi idem Ponti- fex decernit, quod mali Sacerdotes monendi sunt, & sub interminatione divini judicii obsecrandi, ut in testi- monium suæ damnationis in suspensis etiam ordinibus non ministrant.

Ex quibus rationibus, & auctoritatibus inferunt DD. non solum peccate Sacerdotes conficientem, & ministrantem Sacramenta extra statum gratiæ; sed etiam Laicum baptizantem in casu necessitatis, si ipse sit in peccato mortali, & non præmittat a- ctum contritionis; imò peccat etiam tam Episco- pi, Parochi, & Sacerdotes facientes Sacramentalia in peccato mortali, prout est consecrare calices, be- nedicere campanas, aquam velisalem, candelas, & palmas; quàm alii clerici exercentes actus suo- rum ordinum, puta Diaconi cantantes Evangelium, Subdiaconi Epistolam, & sic de aliis inferioribus ordinibus; ut morticis sustinet, ac probat Eminent. Gard. de Lauræa d. disp. 10. de Sacram. in genere art. 4. quamvis hujus Eminentissimi Auctoris opi- nio nimis rigida videatur comparata opinionibus Ma- ritalitarum, qui excusant supradictos omnes à culpa mortali, etsi in mortali peccato existentes vel Sacra- mentalia, vel alios actus fuorum ordinum exercent. Diana Coordinatus d. tom. 1. tract. 1. resol. 11. Ga- batus d. tract. 1. num. 54. & Salmanticenses d. tract. 1. cap. 7. punct. 11. à num. 100. & seqq. ubi ita DD. docentes allegantur.

Exempla autem Episcoporum, Sacerdotum, Dia- conorum, aliorumque ministrorum Ecclesiæ tam Sa- cramenta, quàm alios actus ordinum in peccato exercentium morte punitorum referuntur à Cornelio à Lapide ad cit. cap. 22. Levitic. Vers. 2. à Gobato d. tract. 1. num. 56. ab Eminent. Gardin. de Lau- ræa d. disp. 10. num. 49. & à Joanne Baptista Mat-

thæolo in Sylva Histor. part. 2. lib. 8. cap. 2. tit. 29. Exempl. XI. quæ studiosum Lectorem vidisse de- lectabit; Parochos autem, alioque Mystras valde cautos reddent.

Porro quæ dicta sunt de dispositione interna cir- ca statum gratiæ, & indemnitate à culpa lethali in Sacerdote ministrante Extremam Unctionem, si- vè alia Sacramenta, extendenda sunt etiam ad im- munitatem à censuris; siquidem talis Sacerdos mi- nistrans Sacramenta debet esse liber ab excommuni- catione, à suspensione, & ab interdicto Ecclesiasti- co, ut bene advertunt Salmanticenses d. tom. 1. de Sacram. in gener. tract. 7. cap. 5. num. 11. Emin. Gardin. Toletus lib. 1. cap. 72. Gobatus d. tract. 8. num. 924. & Maltrius in Theol. Mor. disp. 13. num. 145. & seqq. qui omnes advertunt, Sacerdotes cen- suris irretitos Sacramenta administrantes non solum peccare mortaliter, sed etiam incurere irregularita- tem; ut sunt textus expressi de Excommunicatione in cap. 2. De Cleric. excom. interd. ministr. in cap. 2. qui. De Sent. Excom. & in cap. Illorum. eod. tit. in 6. De Suspendo in cap. 1. d. tit. de Sent. Excom. in 6. nec non in cap. 1. De Sent. & re judic. in 6. Prout de Clerico interdicto personaliter ministrante actum sui ordinis, vel in loco interdicto loquuntur iidem text. in cap. 1. qui. Et in cap. 1. qui. De Sent. Excom. in 6. faciunt etiam cap. Si quis Epi- scopus l. 2. 11. q. 3. & cap. Apostolicæ. De Clerico Excom. ministr. & Salmanticenses in tract. de Censu- ris tract. 10. cap. 8. num. 67. ubi id ampliat, si- vè Sacerdos excommunicatus sit publice denuntia- tus, si vè non; ajunt enim: Igitur qui majori excom- municatione est innolatus, qui suspensus, interdicitur personaliter, vel in loco interdico actum majoris or- dinis exercet, seu qui ordini majori aus ex iure Divi- no, vel Ecclesiastico, vel consuetudine Ecclesiæ est annexus, sit irregularis, etiam si non sit denuntia- tus; quia quod toleratus sit, nihil potest quod in fa- vorem ejus vergit; siquidem per hoc, quod ipsum to- leret Ecclesiæ, in nullo voluit eum celebrare; ut ex Extravag. Martini V. & Concilio Constantiensis, mul- toties diximus. Verùm & illud est attendendum, quod excommunicatus fuerit excommunicatione maj- ori; nam si minori tantum, exercens actum ordi- nis, & ministrans Sacramenta, etsi peccet mortali- ter, non incurrit irregularitatem. Salmanticens. d. cap. 8. num. 66. & notant mea Erotemata Edr. 2. cap. 131. num. 13. & ibi tex. in cap. Si celebrat. De Cleric. excom. interd. ministr. Concludendo itaq- ue hanc internam necessariam dispositionem Sacer- dotis ministrantis Extremam Unctionem, debet ipse esse liber à censuris, & immunis à mortali peccato, quo (quod Deus avertat) si se polluitur agnoscit, oportet, ut vel Confessione Sacramentali (si po- test) se purificet, vel actu perfectæ contritionis, ne ministrando Sacramentum novo peccato se coingui- net. Gobat. d. tract. 1. num. 55. Vasquez disp. 136. cap. 1. Eminent. Gard. de Lugo de Sacram. in ge- nere disp. 8. num. 145. Salmanticenses eod. cursu de Sacram. in gener. tract. 1. cap. 7. num. 94. & 95. advertentes in supposito casu maculate conscientiæ, sufficere contritionem, quia de actuali Confessione Sacramentali præmittenda, si præmitti possit, non extat Præceptum, nisi ubi agitur de suscipiendo Sa- cramento Eucharistiæ ex Concilio Trid. sess. 13. De Vener. Euchar. Sacram. Can. 11. Hac de prima cir- cumstantia.

Quo ad secundam. Dispositio externa requisita in Sacerdote Extremam Unctionem datur triplex est. Una antequam incipiat Sacramentum ministrare, alia dum ministrat; tertia cum compleverit ministrare. Antequam Sacerdos ministrare incipiat hoc Sacra- mentum, debet induere superpelliceam, & Stolam; prout præcipit Rituale Romanum in Rubrica de Or- dine Ministran. Sacram. Extrem. Unctio. Quid fit Stola?

Stola? quid significet? in quibus ministeriis Sacris sit adhibenda? & à quibus personis? necesse non est hic explicare, cum de his omnibus abundè dixerim in meis Decifionibus de Venerabili Eucharistia Sacramenti Decif. 30. num. 12. & segg. ubi studiosius recitat. At de superpelliceo, sive Cotta quatuor sunt scienda, *Etymologiam nominis, Materiam, Formam & Antiquitatem.* Superpellicium, seu Cotta, quam induunt Sacerdotes in Sacramentis ministrandis, & alii clerici in psallendis divinis horis, & in Ecclesiasticis functionibus peragendis, idè vocatur **Superpellicium**, quia, ut ait Durandus lib. 3. cap. 1. antiquitè Deo mancipati portabant vestes pelliceas, de pelibus animalium confectas, vulgò *camozze*, ut etiam nunc induunt plures Regulares sub- tunicam, ad representandum, quòd Adam post peccatum vestibus pellicis indutus fuit, & quia de- super eadem vestes pelliceas Ecclesiastici perve- tuhi induunt Cottam, assumptis ipsa hoc nomen, & etymologiam superpellicem. Magrus in Hierolex. Verb. *Superpellicium*. Ubi addit, vocari etiam Cotta ex Græco vocabulo γαρύς tunicam significante: vel ex Arabico Kittan, quod denotat linum, ex quo conficitur Cotæ, seu superpellicea, est linum mundum, & candidum, ad ornatum, ait Ma- grus ubi supra, candidum Angelorum indumentum, quorum munditiam clerici imitari debent; quippe qui non habent, ut reliqui Religiosi, habitum Sa- crum, præter hoc superpellicium. Et hæc est cau- sa, ob quam Monachi, & alii Regulares intrant chorum ad recitandas Divinas Horas absque Cot- ta, illam autem induunt Canonici, & alii Clerici Sæculares choro additi, cum ipsum ingrediuntur, quia scilicet habitus Regularium continet in se be- nedictionem, ac spiritualitatem: Vestes autem cle- ricorum secularium non benedictur. Non est au- tem ignorandum quod scribit Honorius in opere in- scripto Gemma lib. 1. cap. 232. videlicet quòd in aliquibus Ecclesiis, juxta antiquissimam eorum con- stitutum diebus Quadragesimæ, & juniorum cle- ricis utitur Cottis Laneis, quia ministri Ecclesiæ Regi Christo in humilitate præcipiuntur deservire. Et subdit Magrus eodem Verb. *Superpellicium*, quòd etiam Papa in Quadragesima, & quando jejunatur festis vestem candidam de lana, prout in aliis Peni- tentiæ functionibus, ut in Processionibus Jubilei, & dum visitat septem Ecclesias, vel quatuor Patriar- chales in anno Sancto.

Forma verò Cottæ consistit in latitudine, & in longitudine. Latitudo ejus est amplissima, quia, ut considerat Gemma de Antiquis Ritib. Missæ lib. 1. cap. 232. *Hæc Vestis laxa est, nam clericali vita debet esse in elemosivis, & bonis operibus larga.* Et ne interrumpatur ejus latitudo fertur absque manicis juxta antiquissimum usum Ecclesiarum, de quo testatur Magrus ubi proxime, dicens: *In aliquibus Ecclesiis adhuc primæva superpellicei forma retinetur, nempe cum rotunditate antiquæ Planctæ sive ma- nicis, sub qua ex lateribus brachia extolluntur.* Regulares tamen omnes hæc temporibus adhibent Cot- tas cum manicis, ac etiam plures Capellani Præla- torum, & Cardinalium, forsitan ut sint expeditiores in inserviendo ipsis, dum celebrant; sed talis for- ma manicata non est juxta usum primævum, quem absque manicis fuisse testatur etiam Illustrissimus, ac Reverendissimus Episcopus Sarnellius in ejus e- mendatissimis Epistolis Ecclesiasticis tom. 2. Epist. 28. sub num. 3. ubi allegat nostrum Ferrarium de Re Vestitaria, & commendat usum Cleri Sæcularis Pa- tavini, Veneti, ac Neapolitani, utentis Cotta abs- que manicis, & ad habenda brachia expedita in functionibus Sacris, laterales extremitates ejus su- per humeros eleganter alligatas, & elevatas impo- nunt. Longitudo Cottæ antiquis temporibus descen-

debat usque ad talos, idè vocabatur tarsalis, ut no- tat Eminentiss. Cardin. Bona Rev. Liturgiar. lib. 1. cap. 24. in sua ubi refert testimonium Stephani Tor- nacenensis, qui vivebat ante Christum 1180. & in E- pist. 123. quam scribit ad Albium Cardinalem ait, ei mittere *superpellicium novum, candidum, & ta- lare.* Successu verò temporis eadem superpellicea cœ- perant decurtari, ut demonstrat Concilium Basileen- se celebratum anno 1431. in ejus sessione 21. de- cernitur, quomodo Divinum officium in Ecclesia fit celebrandum, & præcipitur Clericis, *habere tunicas mundas, & superpellicia ultra mediâ tibiis longa.* Nunc verò adeò truncata sunt, ut vix ad genua pertingant, ut testis est experientia, & addit idem Emin. Card. Bona; quamvis talaris longitudo esset cum Mysterio, ad denotandam perseverantiam in San- ctis operibus usque in finem, ut ait Gemma d. lib. 1. rap. 232.

De antiquitate verò Cottæ, seu superpellicei Ec- clesiastici si querimus, ea adeò vetula est, ut non desint Auctores affirmantes, ejus usum ab Apostolis esse introductum. Audiamus Eminent. Card. Bona in cit. lib. 1. cap. 24. num. 20. sic scribentem: *Qui à temporibus Apostolorum usum superpellicei de- rivant, vestita ei vocabula tribuunt; nam quidam esse Ephod contendunt, alii phelotium Græcorum, alii lacerum birrum, de quo in actis Cypriani; alii am- phibalum, de quo Remigius in testamento ait, futu- ro Episcopo Successori meo Amphibalum aliquid Pa- schalem relinquo. Illud sanè certum est, tempore S. Hieronymi, ut ipse testatur lib. 1. adversus Pe- lagianos, omnem Clerum in Sacrificii consummatio- ne candidis vestibus ministrasse. Porro Cottas, seu superpelliceas ex lino abo fuisse in usum etiam apud Hebræorum Levitas, dum in Sacris functionibus occupabantur, deprehenditur ex lib. 2. Reg. cap. 6. Vers. 14. nec non ex lib. 1. Paralipom. cap. 15. Vers. 27. ubi dicitur, quòd Rex David in solemnè translatione Arcæ Domini in Sion, depositis regi- nis vestibus, incedebat inter Levitas, accinctus Ephod lino; quod quidem Ephod erat in dupli- cè differentia: Unum erat polymitium, quod vestie- tur à solo Pontifice, ut habetur Exod. 28. 30. aliud erat byssinum, idest factum ex candidissimo lino, ad- instar nostrorum superpelliciorum, seu Cottarum, & isto superinduebantur omnes Levitæ, & voca- batur etiam Stola byssina, prout in d. lib. 1. Para- lipom. cap. 15. Vers. 27. ibi: *Porro David erat in- datus stola byssina, & universi Levitæ, qui porta- bant Arcam: siquidem non erat illicitum etiam Laicis induere Ephod lino; quod se supervestie- bant ipsi Levitæ; prout nostris temporibus Laici cantores induunt se superpellicis, seu Cottis dum cantant simul cum clericis Missas, aut Vesperas solemnes, quod videmus observari hic Patavii in Basilica Divi Antonii, & Venetiis in Basilica Du- cali Sancti Marci. De prædictis testatur Salianns ad Annum Mundi 2990. num. 26. & ante Christum Ann. 1063. ita scribens: *Cùm Levitis nulle propriæ Vestes divinitus assignatæ fuerint sicut Sacerdotibus, poterant laici, modo ne in contemptum Leviticis sta- tus, isdem eum illis uti vestibus, ut potè non Sacris, quales erant stola byssina, quibus inter ministrandum, & cantandum utebantur, qualis superpellicem LICEA, quibus nunc alii præter clericos uti so- lent, & quod sine culpa, aut reprehensione cuspi- quam, præsertim in supplicationibus, & pompa so- lemniori, qualem vidimus Parisiis non semel cum San- ctæ Virginis Genovæse Lipsana à Laicis in stola byssi- na multo cum apparatu deferrentur. Duo ex his omnibus veniunt colligenda: Unum eruditiois, quòd usus Cottarum, seu superpelliciorum excedit annos duos mille, & septingentos, quales decursi sunt à tempore Regis Davidis: Alterum instructionis, quòd non licet Sacerdoti ministrare Sacramentum Extre-***

mæ Unctionis absque Cotta, seu superpelliceo **ac stola**, sub pena peccati mortalis, ut ex Sua- rezio, & Naldo firmat Bonacina de Extrem. Unct. disp. 7. punct. 6. num. 9. Thomas Tamburin. de eod. Sacrament. lib. 6. cap. 1. §. 4. num. 1. & Gobatus d. traß. 8. num. 927. & 928. qui prudenter subdit: *Ego quidem non excusarem à mortali, qui id face- ret sine necessitate; non tamen dubito, quin, si ne- queant haberi vestes, sit satis ire ministratum, mi- nistrareque sine superpelliceo, ac stola, saltem in ca- su, quo eger non suscepisset aliquod Sacramentum, nec possit ab ipso sacramentaliter, et quòd non scia- tur desisse legem contritionis. Idem docet Quintana- dvenas de Extrem. Unct. singular. 5. num. 4. cui con- sentit P. Tamburinus ubi proxime, reddens hanc rationem: *Quia in hoc Sacramento levis judicandus est deficius vestium, quare ille cedere debet solide documbentis utilitati. Igitur in casu necessitatis, si infirmus esse jam iam animam expiraturus, ad- fect secum Cottam, nec Stolam, possit sine illis inunge- re infirmum.**

Alia externa dispositio necessaria in Sacerdote cum incipit ministrare infirmo Oraxionem Unctio- nem est, ut recite primitis Oraxionem postas in Rituali Romano; adhibe idoneus minister, qui ei respondeat, & habeat cererum accensum. Quo ad Oraxiones, vel intelligimus de integris Psalmis Pen- nentialibus: Et horum recitatio non est de præ- cepto ante Unctionem Sacramentalem, sed ex con- silio, si tempus, & qualitas infirmi permittat; pu- ta si agatur de Religioso, aut de Moniali, nam ad- stantibus fratribus, vel fororibus prudens Confessa- rius potest eos invitare ad eorundem Psalmorum recitationem, & Litaniarum, quibus completis surge- re ad inungendum infirmum, seu infirmam, & ita observari in Societate Jesu à suis Religiosis testatur Gobatus d. traß. 8. numer. 924. & P. Thom. Tam- burinus d. lib. 6. de Extrem. Unct. cap. 1. §. 4. nu- mer. 1. ait apud seculares talis recitatio raro fieri contingit, si vero loquamur de aliis antecedentibus orationibus, quas ponit Rituale Romanum, nempe *Adjutorium nostrum. Invocat Domine Jesu Christe. Confitor. Exc. Misereatur. Exc.* cum aliis le- quentibus usque ad primam unctionem oculorum, concors est DD. opinio, quòd hæc prætermissi non possunt absque culpa mortali à Sacerdote hoc Sacra- mentum ministrante; nisi infirmi vita evidenter de- ficeret per momenta, & tempus non fuisset ad il- las recitandas; tunc enim eis ommissis licitum foret incipere ab unctioe oculorum, prosequendo veloci- ter per alios festus. Ita Gobatus ubi supra num. 925. Tamburinus d. §. 4. num. 1. & ibi Quintanadvenas de Extrem. Unct. singular. 5. num. 4. Quoad ministrum, seu adiutorem, is debet esse Clericus, vel etiam p- sive Laicus, nunquam tamen femina, neque San- ctimonialis: absolutè enim ex dispositione Sacrorum Canonum femine arcentur functionibus sacris, & præcipue ab inserviendo in Sacrificio Missæ, & in ministerio Sacramentorum, ut advertunt Quintana- dven. ubi supra singular. 6. Tamburinus d. lib. 6. cap. 2. §. 4. & post Suarez, ac Layman Gobatus d. traß. 8. num. 926. & à me probatum fuit De Sacram. Peni- tentiæ Decif. 27. num. 15. Idè deficientibus Cleri- cis, laicisve scientibus respondere orationibus Ri- tualis, ipse Sacerdos respondere sibi. Excipie reci- tationem Confitor. Exc. quam non extantibus viris, etiam femine recitare poterunt, potissimum si in- firma fit Sanctimonialis; tunc enim Abbatissa il- lam recitabit, prout servatur in praxi, quando de- ferretur Sacrosancta Eucharistia Mortalibus infir- mis.

Quo ad cererum accensum, iste quoque est adhi- bendus à Sacerdote in ministrando hoc Sacramen- to Unctionis Extremæ; præcipit enim Rituale

Romanum, quòd Sacerdos parari curet apud infir- mum (præter alia) ceream item candellam, que deinde accensa ipsi ingenti lumine præbeat: *Quapro- pter errat Tamburinus d. lib. 6. cap. 1. §. 4. nu- mer. 2. scribens, Hoc Sacramentum ministrare sine lumine non esse peccatum, ut notat Quintanadvenas de Ext. Unct. singular. 5. siquidem Quintanadvenas ibid. num. 1. ait: *Nefas erit illud sine lumine deserv- re, & ministrare; subdit tamen, quòd culpa erit tantum venialis; idemque asserit Possivio de offic. Curati cap. 9. num. 12. Barbosa de Parochia cap. 22. num. 44. & Gobatus d. traß. 8. num. 927. excepto semper casu necessitatis, & deficientis cerei, ut di- ctum est de superpelliceo. Porro antiquitè Oleum Sanctum deferrebat de Ecclesia ad domum infirmi cum lumine, ut legitur in Concilio Synodali bus re- latis per Quintanadvenam, & Gobatum ubi supra; sed inter nos hodie id non est in usu.**

Ultima externa dispositio in Sacerdote ministran- te hoc Sacramentum concernit ea, quæ facere de- bet, cum compleverit ejus administrationem. Hæc autem innuitur ab eodem Rituali Romano post ultimas preces Extremæ Unctionis his verbis: *Ad- monet domesticos, & ministros infirmi, ut si mor- bus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum Parochum accersant, ut morientem adju- vet.* Ex his resultat dispositio, & promptitudo, quam debet habere Parochus, post ministratam Unctionem Extremam, dum infirmus incipit ago- nizare, eidem assistendi, & illum adjuvandi ad bene moriendum. Quot, & quibus rationibus de- beat Parochus personaliter assistere agonizantibus, & moribundis sue Parochiæ, dictum fuit Anno 1684. in casu Prædentiali mensis Septembris; ad quem lo- cum, & ad ea, quæ ibi scripsi, utile erit recur- rere. Cæterum circa hanc dispositionem, & neces- sitatem iterum dico: Parochum, seu Sacerdotem, à quo Extrema Unctio ministrata fuit infirmo; debere ei assistere, dum in agonia est; Primum, quia excessivum est diaboli odium, & ingens ejus co- natu in puncto mortis, ut rapiat animam morien- tis, & idè de ea ait Apostolorum Princeps 1. Petr. 5. 8. *Adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circum, querens quem devoret.* Et S. Joann- nes in Apocal. 12. 12. *Descendit ad vos diabolus ha- bens iram magnam.* Refert Illustrissimus, ac Re- verendissimus Episcopus Sperellus in libr. de Protest. *Deipare serm. 2. numer. 19.* quòd iter agen- te Sancto Antistite Anselmo cucurrit lepus ad ipsum, à canibus infectatus, quem ad se recepit, & ait; sicut canes anhelant hunc leporem discerpere; sic diaboli animas morientium arripere insudant. *Secundò*, quia licet disputent Theologi, an omnibus morientibus visibilis diabolus appareat, ut disquiri- tur Bartholom. Sybilla In *Serapulo proleg. quest. De- cad. 3. quest. 6. cap. 10.* probabilior est opinio affir- mativa; ut legitur de S. Martino, qui in agonia vi- dens diabolum ad se accedentem dixit: *Quid adhuc cruenta bestia? nihil in me sanè reperis.* Idem de S. Odilone Abbatè scribit ministranti erit præsentia dia- bolus, seu Parochi ad terrendum, & fugandum Sa- cerdotem Stephano X. Anno 1058. num. 6. ac etiam de S. Eleazaro Comite Anno 1322. num. 69. Quapropter valde profusa sibi agonizanti erit præsentia dia- bolus, ut ego testari possum de me ipso, qui assistens adolescentulæ Sanctimoniali Capucinæ agonizanti Anno 1679. vix egressus de cella, clamore magno à ipsa evocatus fui, dicente ab *Pater? ab Pater?* horrendum Dæmonem video ad me accedentem. Ego autem illicò reversus video ad me accedentem, & confortatus fui; cadebat enim sudores magni ex ejus fronte, & tota tremebat, subdens, *Vestra re- verentia ingrediente diabolus aufugit.* Steti apud il- lam orans, & non multo post suaviter expiravit. Domi-

Domino. *Tertio*, quia etsi non omnibus agonizantibus reddat se diabolus visibilis, fatigat tamen omnes tentare, vel de desperatione eos, qui male vixerunt, vel de vanagloria illos, qui bonam vitam fecerunt, ut aliquando ipsum diabolus dixisse refert P. Paulus Segnerius in *Christiano Instructio part. 3. serm. 23. num. 15. Quarto*, quia oportet in extremo vitæ suggerere moribundis, ut saltem in corde elicant actus Fidei, Spei, Charitatis, Humilitatis, ac conformitatis Voluntati Divinæ, ut advertit idem P. Segnerius in *Parocho Instructio c. 24. & in his actibus promovendis præsentia Parochi, ejusque pietas, ac virtus non solum utilis, sed necessaria existimatur; Laici enim parùm callent horum virtutum vim, atque methodum. Quinto*, quia Parochus, seu Sacerdos, qui infirmo Oleum Sanctum præbuit, ut plurimum ejus audit confessionem, & latebras conscientie penetravit, unde aptior est ad eum defendendum à diabolicis suggestionibus vel odii, vel avaritiæ, vel impudicitie, vel alterius iniquitatis, ad quam infirmus ipse fuit propensus; siquidem ut ex Alcuino notat P. Cornelius à Lapide in *Genes. cap. 3. Vers. 15. super illud, & tu insidiaberis calcaneo ejus, certi non omnes esse debemus, quod Diabolus insidiatur calcaneo nostro, quia extremum vitæ nostræ acriter oppugnat. Tandem Sexto*, quia diabolus pertimescit ipsam vestes Sacerdotales, & aspectus superpellicei, ac stolæ, quæ adiat indutus Parochus, seu Confessarius eidem agonizanti, fugat demones. Sic eleganter probat Episcopus Aretius in *tract. de Tribulatione lib. 16. num. 36. referens fugam Angelæ exterminatoris, scilicet diaboli, qui in deserto occiderat supra quatuordecim millia Hebræorum murmurantium adversus Moysen, & Aaron; fugientem statim ac Aaron vestitus Pontificalibus indumentis inter morientes ingressus fuit; de his enim loquens Spiritus Sanctus in lib. Sapient. cap. 18. Vers. 24. ait: Hic autem esset, qui exterminabat, & hæc extimuit; nempe vestibus Sacerdotalibus, ut declarat ibi Glossa ordinaria, inveniens Vera indumenta veri Sacerdotis interfecti, & hic cessit.*

Quò ad Tertiam circumstantiam principalem, observandam in Extrema Unctionis Sacramento administrando, hæc respicit munditiam loci, in quo administratur. Idcirco non est ignorandum, quod apud Græcos infirmi inunguntur in Templo, ad quod se deferri currant ut plurimum, ut testatur Ivenin in *Comment. Historic. Dogmat. de Extrema Unct. q. 11. quest. 1. allegans Gortium in Notis ad Sancti Olei offic. ita dicentem: Unde & ægroti plerique de plebe, aliorum manibus, & opte ad Ecclesiam se deferri student, scilicet ut Extremæ Unctionis ibi Sacramentum recipiant. At etiam apud Latinos antiquitus erat in usu, præcipue inter ipsos, ac Religiosos viros, infirmis ad Ecclesiam delatis in ea Oleum Sanctum ministrare; pro majori erga hoc Sacramentum reverentia. Hoc servatum esse à S. Malachia scribit S. Bernardus in ejus vita cap. 31. his verbis: *Interea jubet se (S. Malachias) Sacra Oleo ungi, exente conventu Fratrum, ut solemniter feret, non subsistit ut ad se ascenderent (è Templo in cubiculum) sed ipsa descendit ad eum. Abbatem Monasterii B. Mariæ Virginis de Trappa in Gallia, hæc nostra ætate, Monachis suis in Templo Extremam Unctionem ministrare subdit Ivenin ubi supra, addens, quod & ibi, prout & apud nos his temporibus, privatis in domibus administratur infirmis, & quidem in lectulo decubentibus, si præ morbi iniquitate in lectulo decubentibus in loco inungi non possint.**

Igitur circa locum administrationis procuranda sunt à Sacerdote ea omnia, quæ præcipit Rituale Romanum in *d. Rubr. de Extr. Unct. in princ. his verbis: Sacerdos hoc Sacramentum ministraturus, quantum fieri poterit, parari curet apud infirmum Men-*

sum mappa candida coopertam; itemque Vas, in quo sit bombacium, seu quid simile (puta stuppam) in septem globulos distinctum, ad abstergendas partes inunctas: medullam panis ad detergendos digitos, & aquam ad abstergendas Sacerdotis manus; ceream item candelam, quæ demum accensa ipsi ungenti lotum præbeat. Denique operam dabit, ut quanta poterit munditia, ac nitore hoc Sacramentum ministraretur. Quapropter quinque debent esse in loco præparata. 1. Mensa cooperta mappa munda. 2. Vas, seu lebes cum septem globulis bombacii, seu stuppe, deterendis postea per Sacerdotem ad Ecclesiam, & comburendis in Sacrario. 3. Medulla panis, & aqua ad abstergendos digitos Sacerdotis, ac manus lavandas. 4. Candelæ cerea accendenda. 5. His addenda aqua benedicta cum aspersorio ad benedicendum cubiculum, & infirmum, ut in subdit Rituale eod. loco. Crucem quoque, seu imaginem Crucifixi ab ægrotò deoquantur.

Hæc serò omnia licet conspiciere in miraculosa Extrema Unctione per ipsum Salvatorem nostrum CHRISTUM JESUM exhibitam Beatæ Liduvinæ Virgini, quam ex Surio, & ex Ribadeneira die 14. Aprilis describit Bagatta in *Admirand. tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 2. his verbis: Moritura Beata Liduvina vidit ad se venientem Dominum JESUM cum Sanctissima Matre sua, & duodecim Apostolis, multisque & Sanctis, & Angelis. Sedit autem Christus ad lævum ejus dexteram, Beatissima Maria ad sinistram, alii in orbem benehæsi sunt circumcincti. Vidit etiam mensulam ornatum, & in ea Sacri Olei Vasculum elegantissimum, Crucem quoque pulcherrimam, & cereum quoddam luculentum. Erat tunc corpus Virginis innumeris anguribus, quæ usque ad pedes oppressum, & afflictum. Et ecce sensit ab ipso Salvatore Sacerdotalibus induto vestibus, loca corporis sui omnia perungi, quæ in mortuus Sacro Oleo ungi solent; sed nulla audit Salvatorem verba profertentem. Unde CHRISTUS posuit in manu ejus cereum, eumque tenuit cum Matre sua, Crucem illic invisibiliter permanentem, donec exhalaret spiritum. Hæc ille. Mors utique felicissima; & notet Lector, in prædicta miraculosa Unctione, B. Liduvina non audit Salvatorem verba profertentem; quia verba formæ hujus Sacramenti sunt deprecatoria ad Deum pro remissione peccatorum; ipse autem Salvator est qui peccata remittit, & ut ait Apostolus Joannes Episc. 1. cap. 2. Vers. 2. ipse est propitiatio pro peccatis nostris.*

Quò ad Quartam, & Ultimam circumstantiam attendendam à Parochis, seu aliis Sacerdotibus in ministranda Unctione Extrema; hæc versatur circa tempus infirmitatis, in quo ipse infirmus est inungendus. Debet igitur Minister hujus Sacramenti cavere à duobus extremis, videlicet ne sit nimis prope, & ne sit nimis tardus in dando Oleo Sancto. Non debet esse nimis prope, prout faciebat Parochus quidam, de quo Quintanadven. *tract. 5. singul. 7. refert, quod in initio cujuscumque morbi urgebat infirmum, ut se ab hac cura expediret. Ex hac acceleratione dandi Oleum Sanctum in principio infirmitatis etiam levis, duo oriuntur inconvenientia: Unum est, quod ipse Parochus peccat mortaliter, siquidem transgreditur præceptum Concilii Tridentini, ac Florentini, à quibus statuitur, ut hoc Sacramentum detur infirmis in periculo mortis existentibus; & offendit rationem ipsius Sacramenti, quod institutum est tamquam extremum remedium hominum infirmorum, & morientium, quo in gravissimo mortis periculo juventur, & ad gloriæ introitum, quoad fieri potest, disponantur; & idèd sic prope inungens lethaliter peccare advertunt Suarez in *3. par. D. Thom. tom. 4. disp. 42. Sæc. 2. num. 4. Sotus in 4. dist. 23. art. 2. Miranda tom. 1. quest. 49. art. 2. Quintanadven. d. tract. 5. singul. 7. & Gobatus tract. 8. num.**

num. 874. Imò talis Parochus, aut Sacerdos, qui crederet, licitum esse inungere infirmos levi morbo laborantes Oleo Sancto, incidere in hæresim Calvinianam, asserentes lib. 4. *Institut. cap. 19. de ult. Unct. num. 25. S. Jacobum voluisse, omnes infirmos inungi, prout refert Diana Coordinatus tom. 2. tract. 4. resol. 37. quæ in veteri habetur part. 5. tract. 3. resol. 95.*

Alterum inconveniens ex nimia hac acceleratione est, quod Sacramentum Extremæ Unctionis remanet invalidum, ut ex Suarezio, Isimberto, Gradano, Palao, & aliis probat idem Diana in *cit. tom. 2. Coordinato tract. 4. resol. 38. desumpta ex antiquo part. 9. tract. 6. resol. 44. in qua plura argumenta facit pro dicta nullitate; & præcipue, quia Extrema Unctio est Sacramentum exeuntium, & ut loquitur Concilium Tridentinum *sess. 14. in præmio de Extr. Unct. institutum est à Christo Domino, ut finem nostræ vitæ tamquam firmissimo quodam præsidio muniret adversus diaboli insidias. Ergo supponit, non esse ministrandum aliqui, quam is, qui in fine vitæ esse creditur. Ex quibus infert Diana d. resol. 38. in fin. cum Quintanadven. & Amico, quod si data fuisset Extrema Unctio in principio levis infirmitatis, quæ postea transiret in periculosam, ac mortalem, deberet ægrotus iterum Oleo Sancto inungi, ex præsupposita nullitate primæ Unctionis.**

Porro ex nimia tarditate Parochi in dando Oleo Sancto, sequuntur duo alia inconvenientia, quando scilicet adeò tardat, ut ægrotus sit privus, ac destitutus sensibus, rationive usu, dum inungitur. Primum inconveniens est, quod ipse Parochus fit reus peccati mortalis ob hanc suam negligentiam, & tarditatem. Ita Catechismus Romanus, jussu S. Pii V. Papæ editus de *Sacram. Extr. Unct. cap. 9. ibi: In quo tamen gravissimo peccant, qui illud tempus ægroti ungenti observare solent, cum jam omnis salutis spe amissa, vitæ, & sensibus carere incipiat. Ita quoque mortalis culpe reum faciunt Parochum, ut supra tardantem Naldus *Verb. Extrema Unctio num. 1. Quintanadven. d. tract. 5. singul. 8. numer. 3. Gobatus d. tract. 8. num. 874. in fin. & Diana Coordinatus d. tom. 2. tract. 4. resol. 36. & 37. in quarum prima prudenter notat, (quod experientia nos docet) parentes, ut plurimum, amare magis corpora, quam animas infirmorum; & idèd, quando agitur de Extrema Unctione illis ministranda, clamant, & usque ad ultimum differre volunt. Quapropter Parochus non acquiescat negativæ parentum infirmi inungendi, cum videt eum in periculo mortis constitutum, nec fluctaret eorum contradictio-nibus, sed consulat suæ conscientie, & animæ ægroti, ipsumque hoc Sacramentum uniat; obiciat quoque illis, quatenus opus sit, exemplum S. Malachie descriptum à S. Bernardo Abbate, & relatum tum à Surio in vita ejusdem Sancti Malachie *tom. 6. die 5. Novembr. pag. 34. tum à Gobato d. tract. 8. num. 934. his verbis: Habebat Vir nobilis in vicinia Benchoensis Monasterii, cujus uxor cum ægrotaret ad mortem, rogatus Malachias ut descenderet, priusquam moreretur, infirmam uncturus Oleo descendit, & intravit ad eam; & cum pararet ungere illam, visum est omnibus differendum usque mane, erat enim Vespéra. Acquivit Malachias, & data benedictione super ægram exivit cum his, qui secum erant. At verò post modicum subito clamor factus est, & strepitus multus per totam domum; siquidem insonuit, quod mortua esset. Accurrit Malachias tumultu auditus, & secutus sunt eum discipuli ejus, & accedit ad lectum; ut verò expirasset composuit, conseruatus est animo, sibi imputans (notent Parochi) quod fraudata gratia Sacramenti obierit, & elevatis manibus: Objecit Domino, inquit, inspiciens egi. Ego, ego peccavi, non ista, quæ voluit. De Sacramentis in genere.***

Hæc dicens constatus est in audentia omnium, nullam si recepturum consolationem, nullam requiem daturum spiritui suo, nisi quam rulerat, liceret gratiam restituere. Prolequitur Auctor narrare, quod S. Malachias totam noctem consumpsit in lacrymis, & oratione; & mane factus, quæ fuerat mortua, aperuit oculos, ac revixit; Sacramentum Extremæ Unctionis recepit, cujus virtute etiam corporis sanitatem obtinuit. O quanti moriuntur, prout hæc mulier, ob tarditatem Curatorum sine Extrema Unctione, qui non resurgunt ad illam recipientiam!

Inconveniens secundum ex eadem tarditate est, quod quamvis ægroti non moriantur sine hoc Sacramento, illud tamen obtinent cum minori fructu, dum inunguntur, quando rationis usum amiserunt, & sensibus sunt destituti. Plures sunt rationes hujus inconveniens demonstrativæ. Prima, quia detrahitur reverentiæ hujus Sacramenti, cum nullam erga illum possit exercere agonizans, nesciens quid agatur. Secunda, quia privatur robore, & auxilio ad resistendum tentationibus diaboli. Tertia, quia defraudatur spe salutis corporalis; quamvis enim hoc Sacramentum supernaturaliter juvet ad recuperandam sanitatem, non tamen est contentatum expectare tempus, in quo necessarium sit miraculum ad sanitatem obtinendam; nam hoc est quodammodo tentare Deum, & virtutem Sacramenti velle experiri. Ita Pitigianus apud Dianam Coordinatum *d. tom. 2. tract. 4. resol. 36. ubi etiam Sotus in 4. Sent. dist. 23. q. 2. art. 2. & Joan. de la Cruz in direct. Conscien. par. 2. dub. 3. concl. 3. Quibus adhaerent Quintanadven. d. tract. 5. de Extrem. Unct. singul. 8. Gobatus eod. tract. 8. n. 876. & 936. ac Bonacina disp. 7. quest. Unica punct. 5. num. 7. ubi plurimum hoc idem docentes cumulat.*

Postremò corollarii gratia, circa hanc circumstantiam temporis duo scitu digna videntur notanda. Unum, quod in Hispania ex Concilio Tolitano XIII. Oleum Sanctum dari debebat infirmis illud postulantis, & dum essent mentis compos, quia si supervivabant, ac sani fierent, remanebant perpetuo Dei obsequio dedicati. Ita Magrus in *Hierolexio. Verb. Oleum Sanctum col. 2. Alterum, quod tempore generalis, localique Interdicti prohibita est Extrema Unctio per text. in cap. Quod in te. De Penit. & Remiss. nisi infirmi sint Privilegiati, quales sunt Religiosi, & nisi non potuissent recipere Sacramentum Penitentiae; in hoc enim casu, cum Extrema Unctio per solam attritionem infirmi apta sit delere peccata etiam mortalia, consentiunt omnes Doctores, quod possit etiam hoc tempore iisdem infirmis ministrari. Suarez de *Extrem. Unct. disp. 41. sect. 1. num. 19. Tamburin. eod. tract. lib. 6. cap. 4. Diana part. 3. tract. 4. resol. 170. nec non part. 5. tract. 10. resol. 78. repositis in Coordinato tom. 2. tract. 4. resol. 32. & 33. ubi alios DD. allegat.**

DECISIO LXXV.

ARGUMENTUM.

Utrum Parochus moribundus, deficiente quocumque alio Presbytero, possit sibi ipsi ministrare Sacramentum Extremæ Unctionis? disputatur in hac Decisione. Tres rationes Dianæ pro negativa opinione. At pro Affirmativa, quæ amplectitur, rationes decem ex Theologia, Jure Canonico, Scriptura Sacra, ac Medicina desumptæ.

SUMMARIUM.

1 Parochus moribundus, absente omni alio Sacerdote, an sibi possit ministrare Oleum Sanctum? 2 Ra-